Tertio sciendum est ꝙ secũda ꝓprietas actionis est habere contrarium. probatur. qꝛ alique actões significant qualitates que sẽ 9rie vt frigefacere significat frigiditatem ⁊ 9riaᷓ huic quod est calefacere ergo in actõe est 9rietas ⁊ frigefactio ⁊ calefactio contrariantur ergo ⁊c.

¶ 3ᵃ proprietas est ꝙ actio suscipit magis ⁊ minus vt calefacere suscipit magis ⁊ minus ⁊ similiter frigefacere. ergo calefactio ⁊ frigefactio suscipiunt magis ⁊ minus. Jlle autem actiones suscipiunt magis ⁊ minus ⁊ etiam habent contrarium que fundantur super qualitatibus suscipientibus magis ⁊ minus ⁊ habentibus contrarium. ⁊ rõ hꝰ est. qꝛ ad intensionem fundamenti ⁊ remissionem sequitur intensio ⁊ remissio in relationibus fũdatis in talibus fundamentis. sed actio est relatio. ergo ad intensionem ⁊ remissionem sui fundamẽti sequitur intensio ⁊ remissio in ipa. ⁊ sic suscipit magis ⁊ minus. Sed hoc nõ est de per se sed de ꝑ ac

cidens. non eni sunt iste ꝓprietates ꝓprie aliquo modo actioni qꝛ non cōueniunt omni neqꝫ soli.

Sed contra ꝑdicta arguit᷑. ꝑrio sic. nullum ꝑmū ꝑncipium est causa alicuius alteriꝰ ꝑmi ꝑncipij. sed actio est primū ꝑncipiū. ergo non ē cā passionis que est aliud primum ꝑncipiū. ¶ Scdō arguitur sic. oē iferēs prius est illato. sed actio nō ē prioꝛ passione. ergo nō ifert passionē. ¶ Tertio arguit᷑ sic. ꝯtraria nō ꝑñt sit᷑ in eodē cōuenire. sꝫ calefacere ꝛ frigefacere sit᷑ eidē ꝯueniunt. ergo non ꝯriantur iter se. minoꝛ pꝫ qꝛ aqua tepida simul calefacit coꝛpus frigidum ꝛ frigefacit coꝛpꝰ calidū. ¶ Quarto arguit᷑ sic. actō et passio conueniunt in genere. ergo non sunt genera gn̄alissima qꝛ habēt aliud genꝰ supra se saltē illud ī quo ꝯueniunt. ¶ Quito arguit᷑ sic. actio ꝛ passio sūt cōtraria: sed ꝯria posita sunt sub eodem genere. ꝛ q̄ posita sunt sub eodē genere nō sūt gn̄alissima. ergo actio ꝛ passio nō sunt gn̄a gn̄alissima.

Ad rationes Ad primam dr̄ ꝙ vnuꝫ primum ꝑncipiū nō est causa alteriꝰ ꝑmi ꝑncipij i genere cāe foꝛmalis lꝫ sit in genere cāe efficientis. ¶ Ad scd̄aꝫ dr̄ ꝙ lꝫ oē iferēs sit priꝰ illato nāl'r non tamen ꝑm tp̄s. modo lꝫ actio ꝑm naturā precedat passionē non tn̄ scd̄m tēpus. ¶ Ad tertiā dicit᷑ ꝙ q̄uis ꝯtraria nō possint eidē ꝯuenire tāqꝫ subō qꝛ idē nō est subiectū cōtrariorum. possūt tamē cōuenire eideꝫ tanqꝫ cause. pōt eni ideꝫ sit᷑ esse causa ꝯtrarioꝛuꝫ. ¶ Ad quartam cōceditur ꝙ actio ꝛ passio cōueniunt i gn̄e nāli. s. in materia sed non logicali. ¶ Ad quintā dicitur ꝙ non opoꝛtet sp̄ ꝯria poni sub eodē genere. imo sunt aliquādo ipsamet genera contraria vt patet per. philosophum in postpredicamentis.

P Assio est effectꝰ illatioqꝫ actionis. vt calefieri infertur ex calefacere ꝛ effícit᷑. Propriuꝫ aūt passionis est primo inferri ex actione Itē passio nō est in agente sed in patiēte. De reliquis vero q̄ priꝰ dicta sūt mō sufficiant. Que sequunt᷑ de alijs q̄tuoꝛ p̄ñtis non sunt data a petro hispano.

¶ Circa hunc textū notandū est primo ꝙ passio sex modis accipit᷑. Uno mō ꝓ accidēte ꝓprio alicuiꝰ rei. vt cū dr̄ ꝙ risibile ē passio hoīs. ¶ Scdō mō accipitur ꝓ cōceptu aīe. vt cuꝫ dicit᷑ in primo peryarmenias ꝙ voces sūt note passionū. i. cōceptuuꝫ qui suut in aīa. ¶ Tertio mō accipit᷑ ꝓ motu appetitus sēsitiui vt sunt passiones ire timoꝛis amoꝛis ꝛ gaudij. ¶ Quarto mō accipit᷑ ꝓ doloꝛe vel pena iflicta alicui violent᷑ vt est passio christi. ¶ Quito modo accipit᷑ pro qualitate que hꝫ esse iperfectū ꝛ cito trāsit ꝛ sic ē sp̄es vel modꝰ q̄litatis ¶ Sexto mō accipit᷑ ꝓ imediato effectu actiōis ꝛ sic accipit᷑ hic. ꝛ sic diffinit᷑. ꝑassio ē effectus illatioqꝫ actionis. Et dicit᷑ effectꝰ ad denotandū aliquid se habens per modum cōmunioꝛis sui generis diffiniti. Et dicitur illatio ad denotandum ꝙ ille effectus necessario sequit᷑ actionē. Et dicit᷑ actionis ad dr̄iā ipiꝰ actōis qꝛ q̄uis ipsa sit effectus ꝛ illatio nō tamē actionis sed q̄litatū a quibus causatur. Unde actio ꝛ passio differūt respcū hꝰ qd̄ ē iferri ab alio. qꝛ actio tātū ifertur a q̄litate. ꝛ passio a q̄litate ꝛ ip̄a actōe. Unde duplex est effectus. s. permanēs ꝛ trāsiēs. Effectus ꝑmanēs est q habet eē in facto eē ꝛ nō solū i fieri. Sed effectꝰ trāsiēs ē qui solum habet eē in fieri ꝛ nō in facto esse vt sunt nauigatio ꝛ equitatio. Et ꝓ vtroqꝫ istoꝛuꝫ modoꝝ accipit᷑ hic effectꝰ. ꝑassio tn̄ accipitur dupl'r. vno mō ꝓ foꝛma acq̄sita i aliquo subō ꝛ tūc non est in ꝑdicamēto. Alio mō ꝓ relatione extrīsecus adueniente q̄ ꝯsurgit ex debita approximatōe potētie actiue ꝛ passiue ꝛ tūc ē ꝑdicamētū ab alijs distictū

Secundo Sciendū ē ꝙ due sunt passiōis ꝓprietates ab auctoꝛe assignate. ꝑrima ē. cōuenit passioni iferri ex actione. probatur qꝛ oīs effectus ifertur a sua cā. sed passio est effectꝰ actionis. ergo ꝓpriū est actioni iferre passionem. Et hoc vr̄ intelligi de passione que ē foꝛma acquisita ꝛ nō de passiōe foꝛmal'r sūpta. ¶ Scd̄a ꝓprietas ē. passio nō est i agēte sꝫ in patiēte. probatur sic. qꝛ quod ifertur ab alio ꝛ causat᷑ non ē i illo. sed passio ifertur ab agēte ergo passio nō est i agēte. sꝫ i patiēte. siue capiat᷑ passio ꝓ foꝛma acq̄sita siue pro respectu patiētis ad agēs. Unde passio foꝛmaliter sūpta fundat᷑ in potētia passiua patientis ꝛ terminat᷑ ad potentiā actiuā agentis. si tamē accipiant᷑ actio ꝛ passio māl'r. s. ꝓ foꝛma successiue acquisita in aliquo ꝓcedēte de eē impfecto ad esse ꝑfectū sic sunt i patiēte. ꝛ hoc pꝫ per ph̄m scdō de aīa dicēte actus actiuoꝝ sunt i patiēte ꝑdisposito ꝛ tertio physicoꝝ. actio ꝛ passio sunt vnius motus ergo ꝛc̄. Iteꝫ agēs itendit assiālare sibi passum cuꝫ producat in sp̄e similē foꝛmā quaꝫ habet. sequitur ergo ꝙ illa foꝛma existēs in gn̄e est eadē eēntialit᷑ cū foꝛma producta i patiente. ergo sequit᷑ ꝙ actio reat'r capta scilicet ꝓ foꝛma ꝓducta est in patiente. licet actio foꝛmal'r accepta nō possit esse i eo sꝫ

i agēte q2 p actionē formalr captā agēs dr forma liter agere. z ē rō formalis q̄re agēs est agens. g̃ si ipa eēt i patiēte patiens formalr diceretur agere. quod est falsum.

Tertio sciēdū ē q passio ē eēntialr forma respectiua. pbatur. q2 illud ē forma respectiua qd ē eēntialiter ad aliud: s3 passio ē hō eo q ipōle ē ɔcipe passionē sine aliquo termino. ergo zc. 2ª rō q2 cuiuscūq3 abstracti ɔcretū est respectiuū. ipm abstractū ē respectus. sed ɔcretum passionis ē respectiuū vt p3 5° methaphy. vbi dicit q agēs z patiēs referūtur in 2° relationis g̃ seqr q passio ē relatio seu respectus. Et h̄ dicūt aliq q i oi actōe z passiōe sūt tres ētitates absolute z sex respect⁹. pª ētitas absoluta ē ētitas agētis. 2ª entitas patiētis. 3ª entitas forme pducte i patiēs. s3 q2 agēs pducit illā formā. iō ipius agentis ad formā ē vn⁹ respcūs. s. pducētis ad pductū. z eō forme pducte ad agens. Est ali⁹ respect⁹ q ē pducti ad pducens. Et q2 talis forma recipitur i patiēte iō ipius patientis ad formā ē quidam respcūs q ē recipiētis ad receptū. z ē alius sibi opposit⁹ q ē recepti ad recipiēs. Et cū agens pducit formā i patiēte ē vn⁹ resp ect⁹ agentis ad patiens. z est alius sibi oppositus q est ipius patientis ad agēs.

Sed cōtra predicta arguitur p̄ sic. nullus gen⁹ gñalissimū ē effect⁹ alterius gñalissimi. s3 passio est gen⁹ generalissimū. g̃ nō ē effect⁹ actiōis que ē gen⁹ gñalissimū. ¶ 2° arguitur sic. actio nō ē causa passionis. ergo passio non ē effect⁹ eius. añs patet. quia omnis cā produc suum effectū mediāte aliqua actiōe. ergo si actio sit cā passionis tūc actionis eēt actio: z per ɔñs pcedretur in infinitum i actionib⁹. ¶ 3° arguitur sic. accidēs nō migrat de subiecto in subm̄. ergo passio nō pcedit ab agēte in patiēs. z p ɔñs non ē in patiente subiectiue. ¶ 4° arguitur sic. effectus z illatio idē sūt. ergo vnum superflue ponitur.

Ad rōnes Ad p̄mam dicitur q passio potest cōsiderari dupliciter. vno modo fm q est p̄mum p̄ncipium essentiale oīum illorū que sunt de sua coordinatione z sic non ē effectus actionis. Alio modo consideratur in particulari. z sic non est principium sed est effectus actionis. ¶ Ad secundam negetur añs. z ad probationem distinguitur añs. q2 duplex ē causa. quedā est p̄ncipalis. s. illa que producit effectum z sic cōceditur. alia est qua producitur effect⁹ qui. s. non est agens principale. sed idquo principale agēs dicitur agere formaliter z sic negatur añs. Actio aūt non est causa principalis passionis sed minus p̄ncipalis. ¶ Ad tertiā ɔceditur q accñs nō pōt migrare ab aliquo i quo p̄us fuit tāq3 in subo. tali ud tanq3 in subm. tñ pōt migrare ab vno tāq3 a cā i aliud tāq3 in subm̄ cuiusmodi ē passio. ¶ Ad q̄rtā dr q nō sūt idē ɔuertibiliter. Ul' dr q ibi illa cōiūctio et tenet expositiue ita q sit sensus. passio ē effectus. i. illatio actionis ita q ibi sit expō nomis minus noti per nomen magis notum.

Quādo est quod ex adiacentia tpis in re tpali derelinquit. vt hodie eē. cras fore. Itē duplex ē qñ. s. simplex z cōpositū. sicut duplex est tempus. Item tres sunt proprietates quando. prima est q quando nō suscipit magis neq3 minus. Secunda ē q quando nihil est contrarium. Tertia est q quando est in omni illo quod incipit esse in tempore.

¶ Circa hunc textū notādū ē p̄ q qñ accipit dupl'r. Uno⁹ interrogatiue vt cū dr qñ venit sortes. alio⁹ relatiue vt dicēdo sortes venit qñ plato currebat. z his duob⁹ modis ē vnū sincathegorēuma 3° modo accipitur vt tantum valet sicut i tpe. vel aliqñ. z sic ē vnū p̄dicamētū ab alijs distictū. quod sic diffinitur. Quando ē quod ex adiacētia tpis in re tpali derelinquitur. Que diffinitio habet sic exponi. Quando est ens respectiuum quod causat in re temporali ex adiacentia temporis. sicut enim sortes non dicitur formaliter albus nisi ab albedine. sic etiam res temporalis non dicitur esse vel fuisse formaliter in tempore nisi per vnum accñs existens in ea subiectiue quod dicitur quādo. Uñ illud quando non est ipsum tempus sed est ab eo causatum. nec est res temporalis sed in ea est subiectiue z formaliter. z inheret ei per respectus ad mensuram sue durationis. que quidem mensura est tempus. Q2 autem quādo non sit tempus probatur sic. quia omnis causa efficiens est extrinseca suo causato z realiter ab eo distinguitur. Sed tempus est causa ipsius quando. ergo tempus et qñ realr distinguuntur. Unde tempus dicitur adiacere rei temporali z non inherere quia ē mēsura extriseca rei tpal' z h3 eē sbiue i p̄ mobili. vñ ex adiacētia ipi⁹ rei tpalis ɔsurgit qdā respect⁹ rei q vocat qñ. Uñ qñ ē p̄dicamētū ab alijs distictū. p3. q2 ē gen⁹ gñalissimū hñs gña z spēs distictas a generib⁹ z spēb⁹ aliorū p̄dicamentorū. Habet etiam

modū p̄dicādi distictū ab alijs.s.p̄dicari i qn̄.qđ p̄batur q2 illđ p̄dicatur i qn̄ qđ ꝯueniēter r̄ndet ad īterrogatōez factā p qn̄.sed cū q̄ritur đ p̄a suba p̄ h̄ q̄sitiuū qn̄ ꝯueniēter r̄ndetur qn̄. vtputa cū q̄rit̄ qn̄ fuit sortes ꝯueniēter r̄ndetur heri. ḡ qn̄ p̄dicat̄ ꝯueniēter ī qn̄. Accipitur tn̄ equoce qn̄ ẜm ꝙ ē genus ḡnalissimū hui⁹ p̄dicamēti. ⁊ ẜm ꝙ ē q̄sitiuum ei⁹. Sp̄a āt subalterna ei⁹ sc̄ fuisse eē ⁊ fore. Spēs ṽo ei⁹ sc̄ eē in die. eē in ān̄o. fuisse i ān̄o. fuisse i die ⁊ sic de alijs. Et indiuidua ei⁹ sc̄ fuisse i hac die: in hac hora. in hoc anno. Et si queratur. vtꝝ qn̄ equaleat huic qđ ē eē i tp̄e. R̄ndetur ꝙ equalꝫ huic qđ ē i tp̄e. q2 eē hodie ē sp̄es qn̄. sed eē hodie valꝫ tm̄ sic eē i tp̄e. ¶ Diuidit̄ ēt qn̄ i qn̄ simplex ⁊ i qn̄ cōpositū. Unde qn̄ simplex ē qđ cātur a tp̄e simplici vt ab ip̄o nc̄ vt eē i p̄nti vł eē nūc dr̄ eē qn̄ simplex. Sꝫ qn̄ ꝯpositū est qđ cātur a tp̄e ꝯposito. s. p̄terito ⁊ futuro. Et i h̄ p̄dicamēto reponūtur oīa q̄ ꝯuenienter r̄ndentur ad interrogationem factā p qn̄ vt sunt i ān̄o in die in hora ⁊ sic de alijs.

Scđo sciēdū ē ꝙ ip̄ius qn̄ sunt due p̄prietates. p̄a ē. Nō h̄re ꝯriū ꝯuenit ip̄i qn̄. ꝙ āt n̄ h̄re ꝯriū ꝯueniat ip̄i qn̄ pꝫ. q2 si ip̄m haberet ꝯriū maxime eēt fuisse i tp̄e ⁊ fore. sed hoc ē falsuꝫ. eo ꝙ ip̄a ṽificāt̄ đ eodē. iste eni sūt ṽe sīł sortes fuit heri sortes erit cras: ḡ seq̄tur ꝙ nō ꝯriātur. Alit̄ p̄batur. q2 ꝯria s̄ūt forme passiue ⁊ actiue adinuicē. sꝫ fuisse ⁊ fore nō s̄ūt forme actiue ⁊ passiue ad īuicē. ergo nō ꝯriātur. ¶ 2a p̄petas est. qn̄ n̄ suscipit magis neq3 min⁹. p̄batur. q2 aliquid nō dr̄ fuisse ⁊ eē ⁊ fore in tp̄e magis q̄ aliud. ergo ⁊c̄. Hāꝝ āt p̄prietatū rō cōis pōt eē q2 qn̄ cātur imediate a tp̄e qđ nec hꝫ ꝯriū nec suscipit magis vel minus Et capitur ibi contrarietas p̄ repugnātia duarū formaꝝ actiuaꝝ ⁊ passiuaꝝ que n̄ p̄nt sīł eē i eodē sed bn̄ successiue. q2 si accipet̄ ꝯrietas cōiter. i hoc p̄dicamento posset reperiri ꝯrietas.

Tertio sciēdū est ꝙ qn̄ ⁊ tēpus differunt ⁊ ꝯueniūt. Cōueniūt.n. in hoc ꝙ sicut tēpus est ens successiuū ita similiter ⁊ quādo. Sed differunt q2 tempus est in p̄mo mobili subiectiue. quādo vero in re tēporali. ⁊ q2 tempus adiacet rei tēporali ꝯsurgit quidā respectus ad tēpus ⁊ alius sibi oppositus. s. tēporis ad reꝫ tēporalē. Et si queratur quis est talis respectus respōdetur ꝙ est respectus extrinsecus adueniens q2 nō ponitur necessario posito fundamēto ⁊ termino ergo ⁊c̄. Et si arguatur in oppositū ꝙ ille respectus est itrīsecus q2 ponitur positis fundamēto ⁊ termino. quod pꝫ quia positis motu ⁊ tēpore necessariū est motum esse in tēpore. ergo est relatio intrīsecus adueniēs. Ad hoc respondetur ponendo p̄mo cū philosopho quarto physicoꝝ si esset mobile extra celū ⁊ moueretur nō moueretur in tp̄e eo ꝙ nō esset sub tp̄e. ⁊ tamē res tp̄alis esset. ⁊ tp̄s esset ⁊ nō esset ille respectus q̄ est esse i tp̄e. ergo necessario ⁊ clare pꝫ ꝙ qn̄ nō necessario ponit̄ positis fundamēto ⁊ termino.

Sed contra p̄dicta arguitur. primo sic. in tp̄e non p̄dicatur de p̄ma substantia. ergo non est p̄dicamentum ⁊ per consequens neq3 quando. cum in tēpore ⁊ quādo equiualeant. antecedēs patet quia solus obliquus nō potest predicari de aliquo. ¶ Secundo arguitur sic. si queratur quando factum fuit hoc. conuenienter respōdetur anno domini millesimo quadragesimo. ⁊ sic de alijs. ⁊ tamen hoc totum non est in p̄dicamento cum sit quoddā complexum. ergo non omnia per que conuenienter respondetur ad questionem factam per quando in hoc predicamento reponuntur. ¶ Tertio arguitur sic. nullum sincathegoreuma ē predicamentū. sed quando est sincathegoreuma. ergo quādo non est p̄dicamentū. minor pꝫ. q2 non ē nomen neq3 verbū. ḡ est p̄s sincathegoreumatica. p̄batur p auctorē q̄ vocat oēs alias p̄tes orōis a noīe ⁊ verbo sincathegoreumaticas. ¶ 4° arguit̄ sic. hō trigita ānoꝝ magis fuit i tp̄e q̄ hō vigiti ānoꝝ. ḡ qn̄ suscipit magis ⁊ min⁹.

Ad rationes Ad primā dicit̄ ꝙ q̄uis in tēpore non possit predicari de aliquo per se tn̄ bene pōt cum recto scꝫ eē in tp̄e. ideo hoc totuꝫ esse in tp̄e circūloquitur nobis illum respectū qui ē p̄dicamentū quando. ¶ Ad secundam dr̄ ꝙ q̄uis hoc totū āno dn̄i millesimo ⁊c̄. sit ꝯplexū ẜꝫ vocē ⁊ ẜm p̄priū significatū. tamē ẜm significatū circūlocutū ē icōplexū. ⁊ iquantuꝫ h⁹ ponit̄ i p̄dicamēto. ¶ Ad tertiā dr̄ ꝙ quādo captū iterrogatiue vel relatiue ē sincathegoreuma nō tamē vt significat idē sic esse in tp̄e vel mensurari tp̄e. ¶ Ad quartaꝫ dicitur ꝙ vnus hō nō dicitur magis fuisse q̄ alter quāuis vnus dicatur in maiori tēpore fuisse q̄ alter.

Ubi ē circumscriptio corporis locati a loci circumscriptione procedens. vt in ecclesia esse. i foro esse. Et diuiditur vbi. quia quoddam est vbi simplex. ⁊ est illud quod a simplici loco procedit vt est locus punctorum. et quoddam est vbi cōpositū.

⁊ ē illud quod a loco ꝯposito ꝓcedit. Proprietates vbi sūt due. Prima est ꝙ vbi nihil ē cōtrariū. Secūda ē ꝙ vbi non suscipit magis neq; minꝰ. huius ē ꝙ vbi ñ suscipit itēsionē ⁊ remissionē. ¶ Circa hūc textū notādū ē ꝓ ꝙ vbi sic diffinit̄ i textu. Ubi ē circūscriptio corꝑis locati a loci cir/cumscriptōe ꝓcedens. In q̄ diffinitōe ponit̄ circū scriptio loco gñis vel cōlozis. Et ponit̄ locati ad d/notādū subm̄ īpius vbi. Et ponit̄ a circūscriptiōe loci ꝓcedēs ad denotādū eiꝰ cām efficientez. Ubi eni ē qd̄dā accñs respectiuuz extñs i corpe locato cātū ex circūscriptōe actiua loci. Unde circūscri/ptio accipit̄ dupl'r. vnoꝰ vt ē circūscribētis actio. ⁊ sic ē i p̄dicamēto actōis. 2ºmō vt est circūscripti passio ⁊ sic ē i p̄dicamēto passiōis. 3ºmō idē ē ꝙ eē circūscriptū. ⁊ h̄ mō accipitur hic. Pro declarati/one hꝰ diffinitōis ponūt̄ aliq̄ distictōes. ¶ Prima ē. locꝰ capitur dupl'r. Uno mō ꝓ p se significato ⁊ sic locꝰ nihil aliud ē q̄ʒ q̄dā relatio locantis ad loca tū seu supficiei circūscribētis ad circūscriptuz. ⁊ sic vocat̄ locatio actiua. alio mō capit̄ ꝓ denoīato ⁊ tūc ē ipa supficies circūscribēs locatū. ¶ 2ª di stictio. vbi capitur dupl'r. Uno mō vt ē q̄dam q̄di tas cōis ad vbi actiuū ⁊ vbi passiuū. ⁊ vbi actiuū ē relatio locātis ad locatuz. ⁊ vbi passiuū ē relatio locati ad locatū. pª locatio dr̄ actia seu vbi actiᵐ. 2ª vo dr̄ passiua seu vbi passiuū. alioꝰ vbi ca pit̄ ꝫ restrictionē vsualē ad stādū ꝑcise ꝓ vbi passiuo q2 q̄ncūq; aliq̄d dr̄ cōe duobꝰ ⁊ vni ē nomē iposituū. alteri vo nō. tūc illud cōe restrigitur ad stādū ꝓ il/lo cui nō ē nomē iposituū. sed vbi actiuo ē nomē im positū. s. locus formal'r sūptꝰ ⁊ vbi passiuo nō ē no mē iposituū. iō vbi cōe ad vbi actiuū ⁊ vbi passiuuz restrigitur ad stādū vsual'r ꝓ vbi passiuo. His vi/sis dr̄ ꝙ vbi nō diffinit̄ i textu vt ē gñalissimū. sed ꝯuenit solū diffinitio vbi passiuo. Et q2 vbi actiuū ⁊ passiuū sūt relatiua ⁊ cognito vno relatiuorū fa cil'r cognoscitur ⁊ reliquū. iō facil'r pōt cogn̄sci vbi actiᵐ. Ex his infert̄ ꝙ vbi nō cātur a loco formal'r sūpto cū locꝰ isto mō sit eiꝰ spēs: q̄ʒuis bñ causetur ab ipo māl'r capto. ⁊ eodem modo dicendum est de alijs predicamentis.

Secundo sciēdū ē ꝙ locꝰ māl'r captꝰ ⁊ vbi dr̄nt. ꝓ q2 locꝰ ē cā extriseca ⁊ ef ficiēs ipiꝰ vbi. ⁊ vbi ē ab eo causatū. 2º drn̄t. q2 locꝰ nō ē in locato subiectiue sed ē in locāte. vbi vo est subiectiue i locato. Et vbi diuiditur i vbi simplex ⁊ i vbi ꝯpositū. Ubi simplex ē qd̄ cāt̄ a loco simplici vñ sicut visū ē caº de q̄ʒtitate pticule loci copulāt̄ ad eūdē terminū cōez ad quē copulātur ptes cor pis. s. ad aliqd̄ idiuisibile. iō talis terminꝰ apd̄ ma thematicos vocat̄ locꝰ simplex ⁊ corrñdet alicui i/diuisibili. Ubi vo ꝯpositū ē qd̄ cāt̄ a loco ꝯposito. ē āt locꝰ ꝯpositus corrñdens locato diuisibili. Unde vbi vt ē q̄dā q̄ditas cōis ad vbi actiuū ⁊ ad vbi pas siuū ē vnū predicamētū ab alijs distictū. ꝓbat̄. q2 ē vnū genꝰ gñalissimū hñs vnū modū p̄dicādi d̄ p̄ ma suba distictū a mō p̄dicādi oium alioꝝ p̄dicam̄ toꝝ. modꝰ āt p̄dicādi eiꝰ est predicari i vbi. ⁊ ꝓpum eiꝰ q̄sitiuū ē vbi. ꝓbatur. q2 oia illa ponūt̄ i p̄dicam̄ to vbi q̄ ꝯueniēter videtur rñderi ad iterrogatio nē factā p vbi. ꝫ cū q̄ritur d̄ pª suba p h̄ q̄sitiᵐ vbi ꝯueniēter rñdetur vbi. ḡ vbi iterrogatiue captū ē ꝓpum q̄sitiuū hꝰ p̄dicamēti. ⁊ minor pȝ. q2 cū q̄ ritur vbi ē sortes ꝯueniēter rñdet̄ ē i cāpo ē i terra ⁊ sic de alijs. Spēs ēt eiꝰ subalterna assignātur esse deorsuȝ sursū añ retro dextꝝ ⁊ sinistrū. Spēs eiꝰ spālissime assignātur eē i aere i terra i domo ⁊ sic d̄ alijs. ⁊ eiꝰ ididua sūt eē i hac domo i hac ecclīa ⁊c̄.

Tertio sciēdū. ē ꝙ ipiꝰ vbi assignātur due ꝓ/p̄etates. pª ē nō hr̄e ꝯrium. ꝓbatur p locū a maiori. q2 si hr̄e ꝯrium ꝯueniret vbi maxi me eēt sursū ⁊ deorsū. ⁊ tñ ista ñ ꝯriātur cū possint simul ⁊ semel de eodē v̄ificari. idē eni corpꝰ est sur sū ⁊ deorsū respcū diuersoꝝ. ꝫ ꝯria nunq̄ʒ p̄nt sīt ⁊ semel v̄ificari de eodē. ergo sursū ⁊ deorsū nō ꝯ riantur. Et q̄ʒuis sursum ⁊ deorsum maxime a se inuicem distant. hoc tamen non est distantia for/mali siue specifica sed solum distantia locali quia sunt eiusdem speciei. ¶ Secūda proprietas. vbi non suscipit magis neq; minus. Probatur q2 ali quid non dicitur magis ⁊ minus in loco q̄ʒ aliud. cum vtriq; conueniat equaliter circumscribi a lo co. ꝫ hoc fit in maiori loco q̄ʒ aliud. Et ratio istaꝝ proprietatum communis talis est. quia vbi imme diate causatur a quantitate que nec habet cōtra ria nec suscipit magis neq; minus. ergo ⁊c̄.

Sed contra predicta arguitur prio sic. substantie incorporee puta angeli sunt in loco. ⁊ tamen non circumscribunt̄ a loco. ergo vbi non est circumscriptio corporis: cum tales non habeant corpus. ¶ Secundo ar/guitur sic. vbi est sincathegoreuma. ergo non est predicamentum. ¶ Tertio arguitur sic. in vbi est contrarietas quia in ipso requiritur motus quin to physicorum. ergo. ¶ Quarto arguitur sic. vbi est circūscriptio actiua locati. sed terminare ē ac tio. ergo reponitur in predicamento actionis.

Ad rõnes Ad primã dr̃ q̃ substantie icorporee nõ sũt i loco dimẽsionatiue ꝛ circũscriptiue. ſʒ tãtũ diffinitiue. ꝛ de illo nõ itẽditur hic. ¶ Ad 2am dr̃ q̃ vbi capit̃ tripl'r. Uno mõ iterrogatiue vt cũ q̃ritur vbi est sortes ꝛ sic est q̃sitiuũ huius p̃dicamẽti. Alio mõ capit̃ relatiue vt cũ dr̃ sortes currit vbi plato disputat. ꝛ his duob⁹ modis nõ est p̃dicamẽtũ. Tertio mõ accipit̃ p q̃dã q̃ditate cõi ad vbi actiuũ ꝛ ad vbi passiuuʒ ꝛ sic est vnũ de decẽ p̃dicamẽtis. ¶ Ad 3am neget̃ ꝯña q̃ ad motũ nõ reqrit̃ ꝯrietas ꝑprie dicta. sed sufficit ꝯrietas general'r dicta de qua nõ est hic ad ꝑposi tũ. ¶ Ad q̃rtã dr̃ q̃ talis circũscriptio actiua nõ ẽ actio saltẽ accipiẽdo eã p relatiõe fundata i circũscribẽte ꝛ terminata ad circũscriptũ. sed est q̃dã relatio cãta a supficie ꝛ terminata ad corpus locatũ.

POsitio est quedam partiuʒ situs ꝛ generationis ordinatio. vt sessio statio ꝛ sic de alijs. Item tres sunt ꝑprietates positionis. Prima est q̃ positio nõ habet ꝯtrariũ. Secũda est q̃ positio non suscipit magis neqʒ minus. Tertia est q̃ ꝑpriũ est positioni substantie proxime assistere.

¶ Circa hunc textũ notãdũ est p̄mo q̃ positio sic diffinit̃ in textu. Positio est q̃dã sit⁹ partiũ ꝛ generatõis ordinatio. Uñ i positõe ẽ duplex ordo. Un⁹ ẽ partiũ i loco. ꝛ iste tãgit̃ cũ dr̃ est q̃dã situs partiũ. Alius est partiũ in toto q̃ iest p generationẽ. ꝛ talis ordo tãgitur cũ dr̃ generatõis ordinatio. Per positionẽ aũt triplex denominat̃ ordo partium. p̄m⁹ ẽ partiũ i loco. secũdus est partiũ iter se. ꝛ tertius est partiũ i toto. p̄mus aũt ordo ꝑprie significat̃ p hoc nomẽ situs. videm⁹. n. q̃ q̃ñ aliqs surgit q̃ partes eius al'r ꝛ al'r situãtur i loco q̃ȝ q̃ñ sedet. scd̃us vero ꝛ terti⁹ ordo significãtur noĩe positõis. Uñ positio est p̃dicamẽtũ ab alijs distictũ habẽs genera ꝛ spẽs ꝛ idiuidua ꝛ modũ p̃dicãdi distictum ab alijs. Genera. n. subalterna eius sũt positio inata. ꝛ positio acq̃sita. situari sursũ ꝛ deorsũ. Spẽs eius specialissime sũt sedere stare ꝛ sessio ꝛ statio. Indiuidua vo ei⁹ sũt sessio socratis. statio platonis. Modus aũt p̃dicãdi ei⁹ ẽ p̃dicari i quõ ẽ situatũ. Reponũtur aũt in hoc p̃dicamẽto oĩa p q̃ ꝯuenienter respõdet̃ ad iterrogationẽ factã p quõ est hoc situatũ ꝛ coꝝ abstracta. Si. n. q̃rat̃ quõ situat̃ socrates. ꝯueniẽter respõdet̃ iacet vel stat ꝛ sic de alijs. sil'r hec est eẽntialis p̃dicatio. sessio est positio acq̃sita.

Secundo sciẽdũ est q̃ tres sũt positõis ꝑprietates sicut situs. ¶ Prima nõ habere ꝯriũ. q̃ꝛ si aliq̃ positio haberet ꝯriũ tũc maxime manere ꝛ iacere ꝯdicerẽt siue ꝯriarẽtur: ꝛ tñ nõ ꝯriãtur q̃ꝛ ea rõne qua iacere ꝛ manere ꝯriarẽtur. eadẽ rõne stare ꝛ manere ꝯriarẽtur. sed hoc est falsũ. q̃ꝛ vni nõ p̃nt eẽ plura ꝯria. ergo positioni nõ iest ꝯrietas. Scd̃o ꝑbat̃ q̃ꝛ ꝯria maxime a se iuicẽ distãt ꝛ mutuo se expellunt ab eodẽ subiecto. sed positõẽs nõ sunt huiusmodi. ergo positioni nihil est ꝯriũ. ¶ Scd̃a ꝑprietas est. positio nõ suscipit magis ꝛ minus. q̃ꝛ socrates nõ dr̃ magis neq̃ȝ minus stare vel iacere q̃ȝ plato. ergo iacere ꝛ stare nõ suscipiũt magis ꝛ minus. nec etiã alia silia q̃ꝛ nõ p̃nt itẽdi ꝛ remitti i suo ꝑprio esse. ergo ꝛc̃.

Tertio sciẽdũ est q̃ ꝑprie ꝑpriũ est positiõi maxime assistere substãtie. Et q̃ sit ꝑprie ꝑpriũ ꝑbat̃. q̃ꝛ positio iportat quẽdã ordinẽ partiũ ad totũ ꝛ ad locũ. sʒ ordo partiũ i toto inest toti p generationẽ ẽʒ q̃ vna pars p̄cedit aliã. ergo imediatius iest substãtie siue assistit q̃ȝ aliud accñs Uñ positio ꝑprie dicit respectũ extrisecus aduenientẽ cãtũ ex ordine partiũ iter se ꝛ ad locũ. Aliq̃ tñ dicũt q̃ hec ꝑpetas hʒ veritatẽ i sex vltimis p̃dicamẽtis ita q̃ sit sensus. iter sex vltima p̃dicamẽta p̄mo assistit imediatius substãtie q̃ȝ aliq̃d aliud p̃dicamentũ. Et dicũt isti q̃ relatio imediatius assistit substãtie. ꝛ sil'r q̃ȝtitas q̃ȝ positio. eo q̃ relatio cãtur a toto. positio vero a partibus ordinatis inter se ꝛ ad totũ ꝛ ad locum. sed totum prius est suis partibus saltem via perfectionis. ergo relatio causata a toto immediatius substantie assistit q̃ȝ positio.

Sed contra p̃dicta arguit̃. Primo sic. situs denoiat totũ ꝛ nõ ptes. dicim⁹. n. q̃ hõ sedet ꝛ nõ ptes ei⁹. ergo male dicit i diffinitõe q̃ est q̃dã partiũ situs. ¶ Scd̃o arguit̃ sic. iacere ꝛ stare maxime distãt. nec p̃nt eidẽ sil' eẽ sʒ bñ successiue. ergo iacere ꝛ stare ꝯriantur. ¶ 3o arguit̃ sic. Relatio ꝛ q̃ȝtitas p̄mo isunt substãtie q̃ȝ positio. ergo nõ est ꝑpriũ positõis ꝑxim⁹ assistere substãtie. ¶ Quarto arguitur. situs ꝛ positio ideʒ sunt. ergo vnũ nõ debet diffiniri per reliquum.

Ad rationes Ad p̄mã dicit̃ p q̃ȝuis positio p̄mo ꝯueniat toti tanq̃ȝ subiecto. ꝑus tñ ꝯuenit partibus sic q̃ partes se habẽt tanq̃ȝ illud mediãte quo ꝯuenit toti. ¶ Ad secũdã dicitur q̃ q̃ȝuis iacere ꝛ stare nõ possint simul ꝛ semel iesse eidẽ subiecto. nõ tñ expellũt se ab eodẽ subiecto p se. sʒ solũ p accñs. ꝑ hoc. n. q̃ aliquid mouetur local'r ꝛ accipit aliũ ꝛ aliũ ordineʒ diuer

simode situatur. ¶ Ad tertiam dicitur ꝙ petrus hispanus nō itēdit simplr̄ dicere ꝙ positio imediatius isit substātie quolibet alio accn̄te. ſ; vult dicere ꝙ iter sex vltima p̄dicamenta hn̄ positio imediatius est substātie ꝙ̄ alia. cū sitꝰ imediatiꝰ assistit substātie. nō. n. est idē assistere ⁊ iherere. nā ad assistere sufficit pn̄s eē. ¶ Ad q̄rtā dr̄ ꝙ positio ⁊ situs pn̄t capi duplr̄. vno mō generalr̄ ⁊ sic sūt ꝯuertibilia. alio mō pōt capi positio spālr̄. ⁊ sic non sunt ꝯuertibilia. nec vnum potest diffiniri per reliquum.

Abitus est corporum ⁊ eoꝝ que circa corpus sunt adiacētia. vt tunicatum esse. loricatū esse. Et tres sunt proprietates eius. Prima est ꝙ habitus suscipit magis ⁊ minus. vt eques ē armatior pedite. Secunda est ꝙ habitus non habet contrarium. Tertia est ꝙ habitus semper est in pluribus. scilicet in habente ⁊ in habito.

¶ Circa hūc textū notādū ē p̄mo ꝙ habitꝰ sic diffinitur i textu. Habitꝰ ē corpoꝝ ⁊ eoꝝ q̄ circa corpꝰ sūt adiacētia. Et dꝫ hic eē p̄dicatio cālis ⁊ non formalis. dꝫ. n. sic exponi. habitꝰ cātur ex corporibꝰ ⁊ eoꝝ q̄ circa corpꝰ sūt adiacētia. Et dꝫ ibi itelligi accidēs loco generis ita ꝙ sit sensus. habitꝰ cātur. i. habitus est accn̄s cātū. Un̄ habitꝰ nō est corpꝰ neqꝫ ea q̄ sunt circa corpus eo ꝙ illa pn̄t existere habitu nō exn̄te. ſ; est qddā accn̄s respectiuū extrinsecus adueniēs cātū ex adiacētia ⁊ applicatōe eoꝝ q̄ circa corpus sunt ⁊ ipoꝝ corpoꝝ. quo accn̄te aliqd dr̄ formalr̄ habere vel haberi siue habituatū eē. Un̄ habere fundat̄ sup corpore vel i corporibꝰ ⁊ t̄minatur ad illud qd̄ est circa corpꝰ. Relatio aūt sibi opposita fundatur i eo qd̄ est circa corpꝰ. ⁊ t̄minatur ad ipꝫ corpꝰ qd̄ habituat. Qr aūt sit relatio extrinsecus adueniēs pꝫ. q: nō ponitur positis extremis. vt posito corpe ⁊ silr̄ posito eo qd̄ ē circa corpus non ponitur habere. ſ; reqritur applicatio eoꝝ adiuicē.

Secundo sciēdū ē ꝙ habitꝰ ē genus generalissimuꝫ hn̄s sub se p̄les spēs subalt̄nas. ꝙ sit genus ꝓbatur q: p̄dicatur de pluribꝰ differētibꝰ spē. Et ꝙ sit generalissimū pꝫ. q: ē genꝰ ⁊ nō hꝫ aliqd̄ supueniēs genꝰ. ergo est genus generalissimū. pꝫ ꝯn̄a p locū a diffōne ad diffinitū. Uex est tn̄ ꝙ habitus pōt capi duplr̄. Uno modo actiue. s. p relatōe fundata i corpore ⁊ terminata ad illud qd̄ est circa corpus ⁊ sic est spēs huiꝰ p̄dicamēti. Alio mō capit̄ p relatōe illi opposita. s. haberi que fundatur in illo qd̄ est circa corpus ⁊ sic ē alia spēs huius generis. Sed habere in sua ꝯditate cōmuni vt supius est ad habere actiue. ⁊ haberi est p̄dicamētū ab alijs distictū. Cuius genera subalterna sunt habere ⁊ haberi. ⁊ armatū eē ⁊ vestitū esse. Species vero eius specialissime sūt loricatū esse siue loricatio. capuciatū esse. ⁊ galeatū eē ⁊ sic de silibus. Habet etiā iduidua vt sūt armatio sortis ⁊ loricatio platonis ⁊ sic de singulis. Reponūtur aūt in hoc p̄dicamento omnia que cōuenienter rn̄dentur ad q̄stionē factā p hoc iterrogatiuū quō est hoc habituatū. Reponūtur etiā abstracta eoꝝ ⁊ omnia que de ipsis essentialiter p̄dicantur.

Tertio sciēdū ē ꝙ ipiꝰ hitꝰ tres sunt ꝓp̄etates q̄ꝝ p̄ma ē suscipe magis ⁊ minꝰ. Dicimꝰ. n. ꝙ sortes q hꝫ galeā ⁊ loricaꝫ ē magis armatꝰ ꝙ̄ q hꝫ loricā tātū. g̊ armatū eē suscipit magis ⁊ minꝰ. ¶ 2ª ꝓp̄etas habitꝰ ē nō hr̄e ꝯriū. Rō huius ē q: fūdamēta ⁊ t̄mini ipiꝰ habitꝰ nō hn̄t ꝯriū. g̊ etiā nec habitꝰ hꝫ ꝯriū. relatiōes. n. nō dn̄r ꝯrie nisi ex ꝯn̄ti ⁊ p accn̄s. s. ad ꝯrietatē fūdamentoꝝ ⁊ t̄minoꝝ. q: totū eē relatiuoꝝ ē ad aliud. Cāntur. n. relationes a suis fūdamētis ⁊ t̄minis. iō si fūdamēta ⁊ t̄mini nō habebūt ꝯria nec ⁊ ipe relationes pn̄t hr̄e ꝯria. q: ꝯria sūt forme adiuicē maxime distātes ⁊ mutuo se ab eodē subō expellētes q̄ non pn̄t sil̄ ei dē iee nec de eodē v̄ificari. ſ; armatū eē ⁊ loricatū eē pn̄t sil̄ de eodē v̄ificari. g̊ hitui nihil ē ꝯriū. ¶ 3ª ꝓp̄etas ē. ꝓpriū ē hitui i plibꝰ existere. Probat̄ q: habitꝰ ē qdā respectꝰ extrīsecꝰ adueniēs cātꝰ a corpore tanqꝫ a fūdamēto. ⁊ ab eis q̄ circa corpꝰ sunt tanqꝫ a t̄mino ⁊ ecōuerso. g̊ hitui ꝯuenit i plibꝰ existere. ¶ Aduertēdū ē tn̄ ꝙ aliqd dr̄ existē i alio duplr̄. Uno mō tāqꝫ i subō. Alio mō tāqꝫ i cā vel t̄mino. ¶ Isto notato iferunt̄ duo correlaria. Primū ē. ipossibile est idē accidēs in pluribus subiectis existere. ⁊ hoc tanqꝫ i subiecto. qd̄ ꝓbat̄ q: idē accidēs in numero nō pōt eē in diuersis subiectis. cū accn̄tia numerētur ad numeratione suoꝝ subiectoꝝ. g̊ idē accn̄s numero nō pōt i pluribꝰ subiectis existere. ¶ Scd̄ꝫ correlariū est ꝙ idē accn̄s pōt existere in vno tanqꝫ in subiecto ⁊ i alio tanqꝫ in termino siue in causa. hoc pꝫ q: relatio est accn̄s qd̄ hꝫ esse i vno subiectiue puta i fundamēto ⁊ i alio terminatiue. ergo idē accn̄s pōt in pluribus existere. i vno scilicet tāqꝫ in subō. ⁊ in alio tanqꝫ i termino. ⁊ hoc modo intellexit auctor noster.

Sed contra predicta arguit̄. Primo sic: tunica ē habitꝰ ⁊ tamē nō ē adiacētia corpoꝝ. nec causat̄ ex his que circa cor

pus sūt. ergo habitus nō ē adiacentia corpis ꝛ eorum que circa corpus sunt. ¶ Scōo arguitur sic. qn̄ ē adiacentia tēporis ad rē tēporalem. ergo est adiacētia corpis ꝛ eoꝝ que circa corpꝰ sunt. ꝛ ꝑ cōsequens hec diffō ꝯuenit alijs a diffinito. ¶ Tertio arguit̄ sic. habitꝰ est spēs qualitatis. ergo nō ē p̄dicamentuꝫ ab alijs distictū. ¶ Quarto arguit̄ sic. nullū accn̄s est in pl̄ibus. sed habitꝰ est accidēs ergo habitui non conuenit in pluribus existere.

Ad rationes Ad p̄mā dicit̄ ꝙ si accipiatur habitꝰ mālr ꝛ ꝓ denoiato tunc tunica ē habitꝰ. si autē accipiatur formalr tūc tunica n̄ ē hitꝰ. nō. n. ē ad id q̊ aliqd forl̄r dr̄ hn̄i vl̄ hituatū eē. ¶ Ad 2ᵃᵐ dr̄ ꝙ ad h̄ ꝙ aliqd sit hitꝰ nō suffic̄ ꝙ sit adiacēs. i. ꝙ cāetur ex adiacētia tm̄ sed cū h̄ reqrit̄ ꝙ sit applicatū rei hn̄ti. mō qn̄ hn̄ cāt̄ ex adiacētia tpis h̄ ē ex tpe adiacēte rei tpali. ꝛ illō vocat̄ eē ī tpe ꝛ vbi eē ī loco. iō vbi ꝛ qn̄ non sūt hitꝰ. ¶ Ad 3ᵃᵐ dr̄ ꝙ hitꝰ pōt capi duplr̄. vnoᵒ ꝓ q̄lita te īherēte sb̄o de difficili mobili a sb̄o ꝛ sic hitꝰ ē q̄litas. Alio mō capit̄ ꝓ q̊dā respcū extrīsecꝰ aduenīete q cāt̄ a corpe ꝛ fiat̄ ad id qð ē circa corpꝰ. ꝛ sic ē vnū p̄ntū ab alijs distictū. ¶ Ad 4ᵃᵐ dr̄ ꝙ q̄uis idē accn̄s n̄ possit ī pl̄ibꝰ eē tāq̄ ī subis pōt tn̄ eē in pl̄ibꝰ tāq̄ ī cāis. vl̄ ī vno tāq̄ ī sb̄o ꝛ in alio tanq̄ in termino. Et hec de predicamentis.

Dicit̄ autē alteꝝ alteri opponi quadruplr̄. oppositoꝝ enī quedam sunt relatiua vt pater ꝛ filius. duplum ꝛ dimidium. quedaꝫ sūt priuatiue opposita. vt priuatio ꝛ habitus. visus ꝛ cecitas. auditus ꝛ surditas Alia sūt ꝯtrarie opposita. vt albū ꝛ nigrum. Alia sunt contradictorie opposita. vt sedere non sedere. Que autē sunt relatiue opposita dictum est in capitulo de relatione. Contraria sunt quecunqꝫ sub eodem genere posita maxime a se inuiceꝫ distant. mutuo se expellunt. ꝛ eidem susceptibili vicissim īsunt a quo mutuo se expellunt nisi alterum insit a natura. vt albedo in cigno. et nigredo in coruo ꝛ ethiope. caliditas āt non est in igne vt accidens in subiecto immo vt substantiale ī eo cuius est substantiale. sicut sunt quedaꝫ que cadunt in diffinitione alicuius non secundum predicationem sed potius vt principiū vt punctus in diffinitione linee. ꝛ vnitas in diffinitione numeri. ꝛ iste modꝰ essendi in : cōtinetur sub quarto modo ſm quem vnaqueqꝫ pars diffinitionis est in suo diffinito. ꝛ sic ignis non est subiectum caliditatis. sꝫ materia ignis est subiectum eius. hec enim susceptibilis est caliditatis ꝛ frigiditatis. vnde caliditas est in materia ignis vt ī subiecto: in igne vero non vt ī subiecto. sed vt substantiale in eo cuius est substantiale.

Priuatiue opposita sūt q̄ hn̄t fieri circa idē subiectū ordīe irregressibili. ꝛ tempore determinato a natura. ordine irregressibili dico q꞉ ab hitu ī priuatōeꝫ deuenire poss̄e ē. sꝫ nō ecōuerso. īposs̄e enī ē a priuatōe ī habitū regressū fieri. vt visus ꝛ cecitas hn̄t fiēi circa ocl̄ꝫ. a visu āt deuēire ī cecitatē poss̄e ē sꝫ nō ecōuerso.

¶ Circa hunc textū notādū ē p̊ ꝙ postq̄ auctor detm̄iauit d̄ ātep̄ntꝫ ꝛ p̄ntꝫ ꝯn̄r d̄teriat d̄ postp̄ntis Est āt postp̄dicamētū qðdā documentū sequens determinatōeꝫ p̄dicamētoꝝ valēs ad ꝯpletā notitiā p̄dicamētoꝝ habēdā. Et sūt qnq̄ postp̄dicamēta. s. positio. p̄us. sil̄. motꝰ. ꝛ hr̄e. Quoꝝ sufficiētia assignat̄. q꞉ oē postp̄dicamētū valet ad notitiā predicamētoꝝ. vel ergo valet ad cognoscēdū ea q̄tū ad suū fieri ꝛ sic ē motꝰ. vel q̄tū ad suum eē. ꝛ hoc triplr̄. q꞉ vel valet ad cognoscēdū eoꝝ repugnantiā. ꝛ sic ē oppō. vel eoꝝ ordinē. ꝛ sic ē p̄us. vel valet ad cognoscendū eoꝝ cōueniētiaꝫ ꝛ hoc duplr̄. vel ꝯueniētiā iferioris cū supiori ꝛ sic ē sil̄: vl̄ ꝯueniētiā accn̄tiū cū suba ꝛ sic ē hr̄e. ¶ Oppō āt ē duplex. s. ꝯplexoꝝ ꝛ icōplexoꝝ. ꝯplexoꝝ oppō ē paꝰ ꝓpōuꝫ ꝛ d̄ illa detm̄iatū ē ī p̊ tractatu. sꝫ d̄ oppōe icōplexa ē h̄ ad ꝓpoᵐ. Et p̄t sic diffiniri. Est repugnātia formalis aliquoꝝ q̄ non possunt simul ꝛ semel de codeꝫ verificari respcū eiusdē. Et diuidit̄ ī q̄ttuor spēs: scilicet ī oppōnē priuatiuā cōtrariaꝫ relatiuā ꝛ ꝯtradictoriā. q̄ꝝ sufficiētia sic hr̄. Quia oīs oppositio ē repugnantia duoꝝ extremoꝝ. vl̄

ergo ambo extrema sūt entia. vel vnū est ens ⁊ alteꝝ nō ens. Si ambo sūt entia hoc ē dupl'r. q̄ꝛ vel referūtur ad se iuicē ⁊ sic ē oppositio relatiua. vel nō ⁊ sic ē oppositio ꝯ̄ria. Si vnū extremoꝝ sit ens ⁊ alteꝝ nō ens hoc ē dupl'r. qꝛ vel est iter ens ⁊ nō ens simpl'r ⁊ sic ē oppositio ꝯ̄dictoria. vel inter ens ⁊ nō ens i d'ẽminato subō. ⁊ sic est oppositio ꝓ̄uatiua. Nō ē aūt hec diuisio generis i suas spēs. ſʒ vocis i suas significatōes, eo ꝙ oppositio nō dr̄ vniuoce de istis qꝛ aliq̄ istaꝝ oppōnū sūt relatōes reales. alie ṽo sūt relatōes rōnis eo ꝙ hn̄t fieri iter ens ⁊ nō ens. ſʒ enti reali ⁊ enti rōnis nihil est cōe vniuocū. g̊ oppō nō dr̄ vniuoce de istis q̄tuor mēbris.

Secundo sciēdū est ꝙ oppositio relatiua est repugnantia iter relatiuū ⁊ suū correlatiuū. Quid aūt sit relatiuū dc̄m̄ ē ꝓ̄us. Nō est tn̄ itelligēdū ꝙ oē relatiuum opponat̄ illi a quo refert̄ ad sil' eēndū. ſʒ relatiue opposita hn̄t repugnātiā ad simul eēndū i eodē ⁊ respectu eiusdē vt pater ⁊ filiꝰ respectu eiusdem opponūtur ⁊ nō pn̄t verificari de eodē. Quādo etiā relatiuū ⁊ correlatiuū hn̄t sub se spēs nō oportet ꝙ illa ƒʒ suā generalitatē ⁊ respectu eiusdeʒ accepta opponātur. cā.n. ⁊ effectus pn̄t de eodem verificari respectu eiusdē q̄uis hoc sit i diuersis generibꝰ cāꝝ. vt ambulatio post cenam est cā sanitatis i genere cause efficiētis ⁊ ipa ambulatio est effectꝰ sanitatis i alio genere cause. Debet ergo attēdi oppositio ƒʒ spēs relatōis ⁊ nō ƒm genera. Debet etiā ipa oppositio relatiua attēdi vt dicūt aliq̄ iter relatiua suppōnis ⁊ suprapōnis solū ⁊ non iter relatiua eq̄parātie, qꝛ iter illa nulla est oppositio. ⸿ Cōsequēter auctor diffinit ꝯ̄ria i textu sic. Cōtraria sūt q̄ sub eodeʒ genere posita sunt. ⁊ maxime a se iuicē distāt. ⁊ eidē susceptibili vicissim insunt a quo mutuo se expellūt. Que diffinitio sic exponitur Cōtraria sūt opposita q̄ posita sūt sub eodē genere ꝓxio ⁊ distāt maxime a seiuicē distātia formali. ⁊ hoc ponit̄ ad d'r̄iam eoꝝ que mediāt iter ipa ꝯ̄ria. Et eidē susceptibili vicissim isūt. i. apta nata sūt ineē successiue eidē subō numero. a quo mutuo se expellūt. i. sūt apta nata expellere se actōe ꝓp̄a. sicut calidū expellit frigidū. aut actōe aliena. s. actōe suaꝝ cāruʒ sic alie q̄litates ꝯ̄rie expellūt se iuicē. Et additur nisi alteꝝ eoꝝ isit a nā ad d'r̄iam ꝯ̄rioꝝ que nāl'r in sc̄ suis subiectis. nā qꝛ caliditas inē igni nāl'r. iō frigiditas nō ē nata sibi ineē. Unde duplicia sc̄ ꝯ̄ria: .s. mediata ⁊ imediata. Contraria mediata sūt illa ter q̄ mediat aliqua spēs ꝑticipans aliquid vtriusq̄ extremi vt inter albū ⁊ nigrū mediat rubeū.

Cōtraria ṽo imediata sūt illa iter q̄ nō mediat aliq̄d eiusdē generis vt iter sanū ⁊ egrū. q̄uis tn̄ mediet aliquid alteriꝰ gn̄is. s. corpꝰ susceptibile ꝯ̄rioꝝ. ⸿ Dr̄nt āt ꝯ̄ria imediata a mediatis. qꝛ nō ē necē alteꝝ ꝯ̄rioꝝ mediatoꝝ semꝑ ineē subō. nō eni ē necesse corpus q̄diu ē eē albū vel nigꝝ. ſʒ ꝯ̄rioꝝ immediatoꝝ necesse ē alterū in subō eē q̄diu ipm ē si ipm est susceptibile. vt si animal est necesse est ꝙ ipm sit sanum vel egrum.

Tertio sciēdū ē ꝙ opposita ꝓ̄uatiue sunt q̄ habent fieri circa idē subm̄ ordie ingressibili ⁊ tp̄e determinato a nā. Un̄ duplex ē ꝓ̄uatio: q̄dā ē imperfecta q̄ negat actū ⁊ nō potētiā eo ꝙ relinq̄t ꝓ̄ncipia habitꝰ sicut q̄es negat actualiter motū: ſʒ relinquit potētiam ad mouēdū. ⁊ a tali ꝓ̄uatōe pōt fieri regressus in habitū. Alia ē ꝓ̄uatio ꝑfecta q̄ negat sil' actū ⁊ potētiā eo ꝙ d̄struit ꝓ̄ncipia habitus sicut cecitas negat actualit' videre ⁊ posse videre. Et qꝛ talis priuatio negat potentiā eo ꝙ destruit ꝓ̄ncipia habitus. iō a tali non pōt natural'r fieri regressus in habituʒ. q̄uis hoc posset fieri ƒʒ potētiā supernaturalem. ⸿ Un̄ ad priuationē ꝑfectā quinq̄ cōditiones requirūtur. Prima ē ꝙ iportet carentiā forme. ⸿ 2ª ē ꝙ importet aptitudinē ad ipam formā. cecitas eni que est ꝓ̄uatio ꝑfecta visus iportat carētiā visus i subiecto apto nato videre. ⸿ 3ª est ꝙ ꝓ̄uatio ⁊ hitus habeāt fieri circa idē subiectū. opposita. n. ꝓ̄uatiue habent fieri circa idē subʒ. eaꝑ surditas nō ē ꝓ̄uatio visus. ⸿ 4ª ꝯditio ē ꝙ a ꝓ̄uatōe i habitū non possit fieri regressus neq̄ motꝰ q̄uis h̄ possit fieri cō a cecitate eni nō pōt nāl'r fieri regressus neq̄ motꝰ ad visū. ⁊ ꝑꝑ h̄ q̄es n̄ ē ꝑfcā ꝓ̄uatio motꝰ cū a q̄ete i motū possit nāl'r fieri r̄gressus. ⸿ 5ª ꝯditio ē ꝙ sit tp̄s d'ẽmiatū a nā i q̊ hitꝰ natꝰ ē iesse sbō. ⁊ iō q̄uis catulus an̄ nonā diē nō videat n̄ ē tn̄ i eo ꝓ̄uatio visus. eo ꝙ nō ē aptꝰ natꝰ videē an̄ nonā diē. Oppositio g̊ ꝓ̄uatiua ē repugnātia ꝓ̄uatōis ⁊ hitꝰ. Habitꝰ aūt ē forª acq̄sita i aliq̄ subō vt visus i oculo ⁊ sic d̄ alijs. Sʒ ꝓ̄uatio ē carētia forme i subō apto nato. ⸿ Deide auctor nr̄ d'ẽmiat d̄ oppōe ꝯtradictoria ipaʒ sic diffiniēs. Cōtradictio ē oppō cꝰ ƒʒ se nō est dare mediū. Duplex āt ē mediū scʒ mediū ꝑ abnegationē ⁊ mediū ꝑ ꝑticipatōeʒ. Mediū ꝑ abnegationē ē mediū d̄ q̄ ṽe negat̄ vtrūq̄ extremoꝝ. ⁊ tale repit̄ iter ꝯ̄ria imediata. Est eniʒ aliq̊d subm̄ q̊d nec est sanū nec egrū sicut lapis. Mediū āt ꝑ ꝑticipationē est mediū quod participat nāʒ vtriusq̄ extrēi. ⁊ sic rubeū mediat iter albū ⁊ nigꝝ. ⁊ tale mediū nō repit̄ inter ꝯ̄ria immediata. Inter vero

otradictoria nec ē mediū p abnegationez nec per participationē. z sic in diuisiōne poniī sm se eo q cō tradictoria non habēt ab alijs oppōnibus q inter extrema eoz nō sit mediū. Cōtradictio vero semper est iter ens z nō ens. z iō otradictoria sunt talia q nece est alterū de qlz verificari z nūq ābo sit

Sed contra predicta arguitur. primo sic homo z asin⁹ opponūtur. z non sm aliquā pdictaz oppositionū. ergo diuisio est isufficiens. ¶ Scdo arguitur sic. oia opposita sūt relatiua cū oppositio sit relatio. ergo sequitur q mēbra illi⁹ diuisiōis coicidūt. ¶ Tertio arguitur sic. albū z nigz otrariātur z etiā puatiue opponuntur. qz nigz ē pnatio albi. ergo diuisio nō ē bona. ¶ Quarto arguitur sic. odictoria magis distant q oria. ergo male dr in diuisiōne contrariorum q cōtraria maxime distant.

Ad rationes Ad pmā dr q hō z asinus nō sūt opposita sz magis sūt dispata. ¶ Ad scdaz dr q si opposita accipiātur formalr z p per se significatis sic oia sūt relatiua qditatiue. si tn̄ accipiantur mālr z p denoiatis sic sūt relatiua deñoiatiue. Dr vltra q oña illi⁹ argumēti nō valet. qz nō ē idē eē relatiua z relatiue opposita. ¶ Ad 3ᵃᵐ dr q albū z nigz vtualr iclu dūt oppōnē puatiuā z odictoriā n̄ tn̄ formalr q̄re nō sūt puatiue opposita. ¶ Ad qrtam dr q q̄uis odictoria maxime distāt simplr non tamē distātia que ē sub eodē gn̄e. cū odictoria nō reponantur sub eodē genere. z cōtraria sub eodē gn̄e reponuntur

Prius dicitur quadruplr. Prio mō et pprie aliquid dr pri⁹ altero sm tēpus put aliquis dr senior et antiquior alīo. sicut hō habēs trigita annos dr prior hoie hn̄te vigiti ānos. Secūdo mō aliqd dr pri⁹ a quo nō cōuertitur subsistēdi oñtia. vt vnū est pri⁹ duob⁹. duob⁹ eni exñtibus mox cōsequēs ē vnū esse vt ly duo sunt vnū est et non ecōuerso. Tertio mō dicitur pri⁹ secūdū ordinē quēdā vt i disciplinis pri cipia priora sūt oclusionib⁹. et i grāmatica littere sūt priores sillabis. et in oōne phemiū ē pri⁹ narratōe. Quarto mō prius dr quod meli⁹ ē z honorabilius. cōsueuerūt eni pl'imi hoies honorabiliores et magis dilectos apud se dicere priores. Preter hos q̄tuor modos iā dictos ē vnus alter modus prioris eorū q cōuertuntur sm eēndi osequentiā. z alter ē quodāmō cā alterius. z hoc mō aliquid dr prius alīo natura. vt res est cā veritatis oōnis de se facte. sic hoiez currere ouertitur cū oōne hō currit. et si hoiez currē sit vez hec ē vera. hō currit et ecōuerso. res aūt est cā veritatis oōnis de se facte et nō ecōtra. ab eo eni q res est vl nō ē oratio dicitur vera vl falsā. ergo hec res hominē currere prior est hac oratione homo currit.

Simul dicitur tribus modis. Prio mō dn̄r simul quoz generatio est i eodē tpe et neutrū ē prius neqz posterius. et hec dn̄r simul tēpore. Secūdo modo dn̄r simul quecūqz cōuertuntur et neutrū ē cā alteri⁹ sicut q̄libet relatiua. vt duplū et dimidiū pr et fili⁹ et sic de alijs. Tertio mō dn̄r sil que equalr cōdiuidūt aliquod genus vt hō equus leo z sic de alijs q condiuidūt hoc gen⁹ aial. et silr differētie diuidētes aliquod genus dn̄r sil vt rōale irrationale et sic de alijs. isti āt duo vltimi modi dn̄r sil nā. primus aūt modus dr simul tēpore

¶ Circa hūc textū notandū est pmo q postq̄ auctor determinauit de pmo postpredicamēto onr auctor desminat de scdo quod vocatur pri⁹. Et dicitur post pdicamentū qz valet ad opletā notitiam pdicamentoz habedā. Et qz auctor dicit in pdicamentis q relatiua sūt simul nā. iō oportuit scire q sunt simul nā. Et qz que sūt priora z posteriora nō sunt sil nā. iō auctor desminat de pori cui⁹ sunt qnq modi qui ibis vsibus otinent. Tempore natura pus ordine dic z honore. Causam causato dicimus eē pus. Unde illud dr eē pus alio tpe cui⁹ duratio pcedit duratiōez alteri⁹. sic puer decē annorum prior ē tpe puero non hn̄te nisi q̄tuor annos. Illud autem est pus natura a quo non ouertitur essendi oña vt vnuz pus est duob⁹ quia bn̄ sequitur

duo ſ.ꝗ vnū ē. ſed ñ ſeqꝛ eō. Jllud āt ē ꝑus ordine
q̄ ē pri⁹ via diſcipline ⁊ ꝯpōnis. vt ꝑncipia ꝑora
ſūt ꝯcluſioīb⁹: ⁊ ligna ⁊ lapides domib⁹. Jllud ꝟo
ē prius honore q̄ ē dignius ⁊ ꝑfecti⁹. vt hō ꝟtuo
ſus prior ē hoīe vitioſo. Sꝫ illud ē pri⁹ cāſalitate q̄
ē cā alti⁹ dū tñ ab vno ad alterū eēndi ꝯña ꝯuerta
tur. ⁊ ſm hūc modū res ē cā ꝟitatis vel falſitatis
orōnis que ē ex ipa re. Et qꝛ tot modis dr̄ vnū op
poſitoꝝ quot modis dr̄ ⁊ reliquū. iō tot ſūt modi
poſterioris quot ſūt modi ꝑoris ꝗ facilr̄ pñt habe
ri ꝑ modos ꝑdcōs. quoꝝ ſufficiētia ſic habeť. qꝛ oē
q̄ ē prius altero aut ē ꝑus ſm rē aut ſm rei poſi
tionē. ſi zᵐ. ſic ē terti⁹ moduſ. Si ꝑmū hoc ē dupli
citer: qꝛ aut ē prius ſm eē aut ſm aliqd ꝯñs eē. ſi
zᵐ ſic ē quart⁹ modus. ſi ꝑmū hoc ē duplr̄ qꝛ vl̄ ē
pri⁹ tp̄e aut nō. ſi primū ſic ē primus modus. ſi zᵐ
hoc ē duplr̄. qꝛ vel vnū ē cā alterius ⁊ ꝯuertūť ſꝫ
eēndi ꝯñam. ⁊ ſic ē ꝗntus modus. aut nō ⁊ ſic ē ſe
cund⁹. Tñ auctor nō nūerat hic oēs modos ꝑoris
ſꝫ ſolū illos ꝗ valent ad cognoſcendū ꝑdicamēta.
phs enim quinto metha. enumerat eo ꝙ determi
nat de priori ſecundum ꝙ eſt paſſio.

Secundo ſciēdū ē ꝙ ꝑm⁹ mod⁹ ꝑoris valꝫ ad cognoſcendū ordinē inť ſub
ſtātiā ⁊ accñs cōe eo ꝙ ſuba ꝑor ē tp̄e accñtib⁹ cōi
b⁹. z⁹ modus valet ad cognoſcēdū ordinē inť ſupi
ora ⁊ inferiora. qꝛ a ſupiorib⁹ ad iferiora ñ ꝯuertiť
ſubſiſtēdi ꝯña. ⁊ iō ſupi⁹ ꝑus ē iferiori. 3⁹ mod⁹ va
let ad cognoſcēdū ordinē iter dñas ⁊ ſpēs ei⁹. dif
ferētie eni ſūt de ꝯpōne ſpēi: ⁊ ꝑ ꝯñs ſūt ſimplicio
res ipa ſpē ⁊ ꝑ ꝯñs priores. 4⁹ modus valet ad co
gnoſcendū ordinē iter ſubſtātiā ⁊ accñs eo ꝙ ſub
ſtātia dignior ē accñte. vꝫ ēt ad coḡſcēdū ordinē
inter ſubās eo ꝙ aliq̄ ſūt perfectiores aliis. 5⁹ mo
dus valet vt cōiter dr̄ ad cognoſcēdū ordineꝫ iter
ſubm̄ ⁊ paſſionē ei⁹. eo ꝙ ſubm̄ ⁊ paſſio ꝯuertūť ſꝫ
eēndi ꝯñam ⁊ ſubm̄ eſt cā paſſionis. ꝑus tñ accipi
tur duplr̄. vno° ꝓ ꝑ ſe ſignifcato ⁊ tunc ſignificat
relationem ꝑoris ad poſteriorem ⁊ eius correlati
uum eſt poſterius. ⁊ hoc modo non eſt ꝑdicamen-
tū. Alio° accipitur ꝓ denoīato. ſ. ꝓ re que ē alťa ꝑ
or. ⁊ ſic eſt poſtpredicamētū ⁊ reperitur i diuerſis
ꝑdicamētis: ⁊ eodē modo dicēdū ē de poſteriori.

Tertio ſciēdū ē ꝙ ſil̄ q̄ ē 3ᵐ poſtꝑdicamē tū accipitur duplr̄. vno° aduerbiali
ter ⁊ ſic ē ſincathegoreuma nec ē poſtꝑdicamētū
Alio° accipiť noīalr̄ vt ē vnū nomē ꝯcretū cui⁹ ab
ſtractū ē ſimultas. ⁊ tūc ſi capiať ꝓ per ſe ſignifica
to ē i ꝑdicamento relationis eo ꝙ ſignificatū eius
ē reſpect⁹ vnius rei ad aliam rē q̄ cuꝫ ea exiſtit. ſi
ꝟo capiať fūdamentalr̄ ⁊ ꝓ denoīato ſic aliquan
do ē in predicamento ſubſtantie ⁊ aliqñ in alijs ꝑ
dicamētis: ⁊ ſic ē poſtꝑdicamentū. Et ipius aſſign
tur tres modi qui in his verſibus cōtinentur. Tē
pore dico ſimul quoꝝ generatio nūc ē. Que con
uertuntur dicimus eſſe ſimul. Suntqꝫ ſimul ſpēs
genus vnum diuidentes. Jlla eni ſunt ſimul tp̄e
quoꝝ gñatio ē in eodē tp̄e. Jlla vero ſunt ſil̄ natu
ra que ꝯuertuntur ſm eēndi ꝯñaꝫ. ⁊ vnuꝫ non eſt
cauſa alterius vt relatiuum ⁊ correlatiuum. Sꝫ
illa dicuntur ſimul que ex oppoſito diuidūt idem
genus. vel illa in qua ipm genus diuiditur vt rōa
le ⁊ irrōnale diuidunt animal. ⁊ animal diuiditur
in hominem equum ⁊ ſic de alijs ſpeciebus. Et il
loꝝ modoꝝ ſic habetur ſufficientia. qꝛ illa que ſūt
ſimul aut ſunt ſimul tp̄e ⁊ ſic ē ꝑmus modus. aut
ſimul natura ⁊ hoc dupliciter. quia aut illa cōuer
tuntur ſm eēndi conſequentiam. ⁊ ſic eſt ſecund⁹
modus. aut illa ex oppoſito diuidunt idem genus
⁊ ſic eſt tertius modus. Unde primus modus va-
let ad cognoſcendum ordinem inter aliquas ſub
ſtantias ⁊ accidentia. Ualet etiam ad cognoſcen
dum ordinem inter ſubiectum ⁊ propriam paſſio
nem. Secundus modus principaliter reperitur
inter relatiuum quia illa conuertuntur ſecunduꝫ
eſſendi conſequentiam. ⁊ vnuꝫ non eſt cauſa alte
rius. ⁊ hoc accipiendo pro ipſis reſpectibus. quia
ſi acciperetur pro denominatis tunc vnum eſſet
cauſa alterius. Nam illa res que eſt pater eſt cau
ſa illius rei que eſt filius cum eam produxerit.
Tertius modus reperitur in omni predicamen-
to ⁊ generaliter i omni genere ſiue generaliſſimo
ſiue ſubalterno. quodlibet enim genus habet dif-
ferentias per quas diuiditur. ⁊ etiam ſpecies. Ex
ꝗbus pꝫ vtilitas huius poſtpredicamenti.

Sed contra predicta arguitur primo ſic. Omne prius eſt prius ordi
ne ergo tertius modus non diſtinguitur ab alijs.
¶ Secundo arguitur ſic. Omne totum prius
eſt ſuis partibus. ergo ſillabe ſūt priores litteris
⁊ dictiōes ſillabis. ¶ Tertio arguitur ſic. Jlloꝝ
q̄ ſunt ſimul. vnum nō eſt prius altero. ſed ea que
cōuertuntur ſunt ſimul. ergo vnū nō ē prius alťo
¶ Quarto arguitur ſic. tot modis dicitur vnum
oppoſitoꝝ quot modis ⁊ reliquū. ſꝫ ꝑus ⁊ ſil̄ ſunt
oppoſita ergo tot ſunt modi ſimul quot ſꝫ modi ꝑ-
oris. ⁊ ꝑ ꝯñs non ſūt niſi tres modi prioris.

Ad rationes Ad primam dicitur ꝙ or-do accipitur duplr̄. Uno°
generaliter pro quocunqꝫ ordine qui eſt inter pri

tis ⁊ posterius. et sic omne prius est prius ordine. Alio mō accipit᷑ spālr ꝓ ordine discipline ⁊ ꝯpō/nis ⁊ sic est vnus modꝰ prioris ab alijs distinctus. ¶ Ad scđam dr̄ distiguēdo añs vel via resolutio nis ⁊ sic cōceditur. vel via ꝯpositionis ⁊ generatio nis ⁊ sic negatur. ¶ Ad tertiā dicit᷑ ꝙ quāuis ea que ꝯuertūtur sint simul tp̄e: nō tamē oꝫ ea esse sil᷑ natura: pōt eni eē aliquid p̄us ꝑm vnū modū ⁊ po sterius ꝑm aliū. ¶ Ad quartā negetur añs. immo p̄us opponit᷑ posteriori. iō tot sūt modi p̄oris quot sūt modi posterioris. Sūt ēt alij mōi sil᷑ vt hr̄ gnto metaphice. ꝫ illi q̄ h̄ enūerati sē ad ꝓpoᵐ sufficiūt.

Otus sex sūt spēs. scilicet gn̄a tio. corruptio. augmētatio. di minutio. alteratio ⁊ ꝑm locuꝫ mutatio. Generatio ē ꝓgressio a nō eē ad esse. Corruptio ē ꝓgressio ab eē ad non eē. Augmētatio ē preexn̄tis quāti/tatis maioramentū. Diminutio ē pre/exn̄tis quātitatis minoramētū. Altera tio ē mutatio a ꝯtraria q̄litate ī ꝯtrariā q̄litatē vel ī mediā vt cū aliquid permu tatur ab albedine ī nigredinē vel in me/dios colores. Motꝰ ꝫ locū ē mutatio de vno loco in alteꝝ. Motus aūt ꝫ lo cum sex spēs sūt siue dr̄ie scꝫ ante retro sursū deōsū dextrorsū ⁊ sinistrorsū. Ad oēs auteꝫ has ptes fit motus.

